

SCRIPTA

Numéro Scripta : 109

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 43

Auteur(s) : Néel [vicomte]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1048

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Notice portant sur les engagement pris par le vicomte Néel envers les moines de Marmoutiers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces justificatives, n° 21, p. 24-25.

Dissertation critique

Datation (« vers 1048 ») proposée par L. Delisle et E.-T. Tabuteau.

Texte établi d'après a

De auctoramento Niellii vicecomitis super ecclesiis insulæ Grenerodii.

Sciant hoc omnes præsentés et futuri quod ego Niellus vicecomes auctorizo sancto Martino Majoris Monasterii monachisque ejus quicquid Willelmus, Normannorum comes, eis in insula donaverit quæ Grenerodium vocatur, præter partem canonicorum Sancti Salvatoris. At si me Dominus in honorem meum revocaverit, eandem partem et quicquid ad illum Sancti Salvatoris locum pertinet memorato sancto monachisque ejus similiter auctorizo, si tamen abbas Majoris Monasterii monachos in eodem mittere loco voluerit. Quod si noluerit, tertiam partem triginta et quinque librarum, quas pro hoc auctorizamento accepi, Sancto Martino restituam ; et totum aliud quod ei in prædicta insula præfatus comes dedit, liberum et quietum perpetualiter annuo, absque calumnia et contradictione aliqua quæ de me vel uxore mea aut filiis meis ac filiabus sive propinquis surgere possit. Sciendum quoque quod hoc convenientiæ a me additum est, ut, si forte præscripti Sancti Martini monachi illud quod ipsis in eadem insula auctorizo pro aliqua terra quæ eis propinquior sit mutare voluerint, identidem illis auctorizem cum quibus mutationem fecerint. Testes autem sub quorum præsentia donum de hac re in capitulo Sancti Martini et supra altare ipsius feci, tam de mea quam de monachorum familia, distincte inferius sunt annotati. De familia mea : Ingo senescalcus, Rainaldus Foliod, Ricardus de Sturgarvilla, Gausfridus filius Rotberti venatoris, Niellus de Glanvilla, Rodulfus cammarlencus ; de familia monachorum : Rainaldus quocus, Arnulfus sartor, Rotbertus sartor, Hilduinus sartor, Arnulfus filius Rainerii de Blesis, Gualterius Esguarez, Michael Rufus, Benedictus ventosarius de Marolio castro, Ebrulfus cellararius, Durandus Risellus, Algerius sartor, Arnulfus clericus.